



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE VERBO DEI|| scripto & non scripto,|| QVATVOR LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, 1599**

**VD16 B 1607**

V. Idem probatur es Testamento nouo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53828](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-53828)

est à summo pastore, adiuncto præsertim consilio sapientum. Quod si hæc dicuntur de sacerdote veteris Testamenti, quanto magis dici possunt de sacerdote Testamenti noui, qui longè maiores promissiones à Deo accepit?

QVARTVM testimonium est Aggæi 2. *Hac dicit Dominus Deus exercituum; interrogas sacerdotes legem.* Malach. 2. *Labbias sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercitum est.* Ex quibus verbis intelligimus, non esse priuatorum hominum iudicare de sententia legis Domini, sed sacerdotis, qui cùm sit Angelus, id est, nuntius Dei, ad eum pertinet ex officio explicare sententiam Dei.

ACCEDAT VLTIMO illud ex lib. 2. Paralip. cap. 19. vbi sic loquitur ad sacerdotes Rex optimus Iosaphat: *Omnem causam, qua venerit ad vos fratum vestrorum, qui habitant in viribibus suis, inter cognationem & cognationem, & vicinque, quæstio est de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus, ostendite eis, ut non peccent in Dominum.* *Amarias auctem sacerdos & Pontifex vester, in his, qua ad Deum pertinet, præsidebit:* porro Zabadias filius Ismaël, qui est Dux in domo Iuda, super ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent. Vides hic, quam clarè Rex distinguat officium Pontificis ab officio Regis, & soli Pontifici tribuat iudicium de dubiis legis.

## CAPVT V.

*Idem probature ex Testamento nouo.*

**P**AM verò ex novo Testamento PRIMVM testimonium est Matth. 16. *Tibi dabo claves regni cælorum, &c.* Per istas enim claves non solum intelligitur potestas soluendi à peccatis, sed etiam ab omnibus aliis vinculis, & impedimentis, quæ nisi tollantur, non potest intrari in regnum cœlorum. siquidem promissio generalis est; nec dicitur, *Quemcunque soluetis, sed, Quodcunque soluetis, ut intelligamus, nodos omnes, seu legum, dispensando, seu peccatorum, & pœnarum, relaxando, seu dogmatum & controversiarum, explicando, à Petro, eiusque successoribus solui posse.* Sed de hoc loco in 1. lib. de summo Pontifice plura dicemus.

ALTE-

ALTERVM testimonium esse potest illud Matth. 18. *Sil*  
*eclesiam non audierit, sit tibi veluti ethnicus & publicanus*  
 Est autem hoc loco obseruandum, h̄ic quidem Dominus  
 loqui de iniuriis, quas vnu ab alio patitur; sed à maiori  
 telligendum etiam esse de iniuriis, quæ fiunt in totam Ec-  
 clesiam, & in Deum, qualis est hæresis. Qui enim iubet delin-  
 adulterum ad Ecclesiæ iudicium, multò magis hæretici  
 Non autem potest fieri, vt deferantur ad congregatio-  
 nes omnium fidelium; igitur nomine Ecclesiæ intelligi debet  
 latus, vt Chrysostomus exponit, vel(ut alij malunt) Prae-  
 rum congregatio. Ut enim homo non loquitur, neque audi-  
 nisi per caput, & tamen totus homo dicitur loqui, & audi-  
 ita Ecclesia per suos Prælatos audit, & loquitur. Si ergo  
 Ecclesiam, id est, Ecclesiæ pastores non audit, debet ei  
 ethnicus & publicanus, sequitur pastorum esse ultimum  
 dicium.

TERTIVM testimonium Matth. 23. *Super cathedram*  
*Si sederunt Scribæ & Pharisæi, quacunque dixerint Gobe-*  
*nate & facite, secundum opera eorum nolite facere. Vbi na-*  
*tria; PRIMO, toto illo capite Dominum reprehendere*  
*Scribarum & Pharisæorum; & quia poterant infirmi eti-  
 colligere, non esse credendum Prælatis qui male viuant,*  
*initio capitî aperte docere voluisse, non obstante mala-  
 Prælatorum, sequendam esse eorum doctrinam. SECUNDO*  
*nota, cum CYPRIANO lib. 4. epist. 9. nunquam Dominus*  
*neque Apostolos in tota Scriptura reprehendisse Pontifices*  
*& sacerdotes Iudæorum, nominando eos Pontifices vel*  
*sacerdotes, sed solum sub nomine Scribarum & Pharisæorum*  
*ne viderentur reprehendere cathedram & sacerdotium, &*  
*intelligeremus, semper deberi honorem sacerdotio & po-  
 ficiatu, etiamsi forte persona, quæ in cathedra sedet, sum-  
 nus bona. Ex quo intelligimus hæreticos huius temporis*  
*passim in Episcopos & sacerdotes, & præcipue in ipsum*  
*summum Ecclesiæ Pontificem inuehuntur, nihil habere com-  
 ne cum moribus Domini & Apostolorum. TERTIO non*  
*quod Dominus de cathedra Mosis dicit, intelligi à formo*  
*de cathedra Petri. Sic enim veteres intellexerunt, & præcipue*  
*AVGVSTINVS in epist. 165. In illum, inquit, ordinem Episco-  
 porum, qui ducitur ab ipso Petro & ad Anastasium, qui nas-  
 eandes*

*et tandem cathedram sedet, etiam si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil prajudicaret Ecclesia, & innocentibus Christianis, quibus Dominus prouidens ait, de præpositis malis: Qua dicunt, facite; qua faciunt, facere nolite.*

QVARTVM testimonium Ioan.vlt. Simon Petre, *pasce o-*  
*nes.* Hic etiam sunt annotanda tria. PRIMO, quod dicitur  
 Petro, dici etiam successoribus: nec enim prouidere voluit  
 Christus Ecclesiæ ad annos XXV. tantum, sed quo usq; mun-  
 dus duraret. SECUNDUM, illud (*pasce*) intelligi præcipue de  
 doctrina: sic enim pascuntur oves rationales, Hierem. 3. *Dabo*  
*vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & do-*  
*ctrina.* TERTIO, illud (*oves*) significare omnes Christianos:  
 qui enim non vult pasci à Petro, non est ovis Christi.

Ex his efficitur, Petro & successoribus eius singulariter  
 commissum esse, ut doceant omnes Christianos. Id autem  
 non potest commodius intelligi, quam hoc modo, ut dica-  
 mus, commissum esse Petro & successoribus, ut doceant om-  
 nes, quid circa doctrinam fidei tenendum sit. Nam si id intel-  
 ligamus tantum de concionibus, nunquam implebitur hoc  
 præceptum; nec enim potest Pontifex omnibus hominibus  
 concionari, nec est opus, cum sint in singulis Ecclesiis, qui  
 concionentur.

Si etiam intelligamus solùm de concione, & commenta-  
 riis in sanctas literas, ut quos Pontifex non potest verbo do-  
 cere, doceat per scripta commentaria, reprehendemus pluri-  
 mos sanctissimos Pontifices, qui nihil tale fecerunt: Ergo lo-  
 quitur Dominus de singulari officio docendi rotam Eccle-  
 siam, constituendo, ac decernendo quid ab omnibus sit cre-  
 dendum. Atq; ad hunc modum intellexit hunc locum B.HIE-  
 RONYMVS in epist. ad Damasum, de nomine Hypostasis,  
 petens enim à Pontifice controversiæ cuiusdam explicatio-  
 nem circa fidem: *A pastore, inquit, præsidium ovis flagito.*

QVINTVM testimonium Lucæ 22. Rogavi pro te, & t non  
 deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres  
 tuos. Ex hoc loco, Romanum Pontificem ex cathedra docen-  
 tem, non posse errare, deducit B.BERNARDVS epist. 190. ad  
 Innocentium, & ante eum LVCIVS I. in epist. 1. ad Episcopos  
 Hispaniæ & Galliæ. FELIX I. in epist. ad Benignum. MAR-  
 CVS in epist. ad Athanasium. LEO I. serm. 3. de assumptione  
 sua

sua ad Pontificatum. LEO IX. in epist. ad Petrum Antiochenum Patriarcham. AGATHO in epist. ad Constantiulum imperatorem, quæ lecta est in VI. Synodo, act. 4. deinde aucto Conclilio approbata. PASCHALIS II. in Concilio mano, apud Abbatem Vipsbergensem in Chronico; qui addo, velint nolint haeretici, Innocentium III. cap. M. de Baptismo & eius effectu. Siergo Romanus Pontifex re non potest ex cathedra docens, certè iudicio eius ascendum est, & ipse esse debet summus iudex.

SEXTVM testimonium est Act. 15. ibi enim legimus, cœorta esset quæstio grauis de fide, an seruanda esset lex M. à gentibus conuerſis, non fuisse remissos vnumquemque Spiritum suum, sed ad Concilium Hierosolymæ habuit cui Petrus præterat, & Petrum omnium primum in Caſilio loquutum, deinde Iacobum sententiam Petri confirſe, & ſic quætionem ſolutam illis verbis: *Vixum est spiritus sancto ē nobis, &c.* Quibus ostendunt, ſententiam Concilij, cui præterat Petrus, ſententiam esse Spiritus sancti. Eodem in fine capituli legimus, Paulum quoque ibat, picipere ſolitum, ut ſeruarent decretum illius Concilij, ut acquiescerent, & non vellent ipſi de ſententia Concilij dicare.

SEPTIMVM eſt in epift. ad Galatas cap. 2. Ascendi, in Paulus, Hierosolymam cum Barnaba, & contulit cum Euangelium quod prædico in gentibus: ſeorsum autem videbantur aliquid eſſe, ne forte in vanum currerem, aut curriſſem. Quinam autem eſſent illi, quibuscum contulerūt inferius explicat, dicens fuisse Petrum, Iacobum & Ioannem. Quem locum explicantes TERTULLIANVS lib. 4. in Mitionem, B. HIERONYMVS in epift. 89. ad Augustinum, eſt II. inter epiftolas Augustini, & AVGVSTINVſ lib. 12. contra Faustum, cap. 4. diſertè affirmant, Ecclesiam non in Paulo credituram, niſi eius Euangelium à Petro conſtitutum fuiffet: Ergo Petri erat tunc, & proinde ſuccellentia nunc, de doctrina fidei iudicare.

OCTAVVM testimonium 1. Cor. 12. Alij datur per ſum ſermo sapientia, alij ſermo scientia, alij interpretatio- monum, alij prophetia, etc. Hic apertè dicitur, non dari omnibus fidelibus spiritum interpretandi Scripturas. Et pater

*Et quid errat  
aut in vobis  
ide m. q. p. au-  
to. ma. te. z. et  
no. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.  
Deo, a. r. r. r. r. r.  
acc. r. r. r. r. r.*

constat ex illo 2.Pet. i. *Omnis prophetia Scriptura & propria interpretatione non sit*, non posse sine spiritu interpretandi bene Scripturam exponi. Igitur euidenter colligitur, non esse iudicem veri sensus Scripturæ ullum hominem priuatum. Quid enim faciet, qui spiritum non habet? immo quis erit certus, se habere hunc spiritum, cum sciamus, non dari omnibus, & non sciamus quibus detur? Restat igitur, ut iudicem agnoscamus solam Ecclesiam, de qua dubium esse non potest, quin habeat Spiritum Dei, & filios suos sine errore doceat, cum sit columna & firmamentum veritatis. Id quod etiam *L V T H E R V S* in lib. de potestate Papæ, his verbis constetur (quidquid alibi scripsiterit, ut miro modo varius & instabilis fuit) *De nullo priuato homine certi sumus, habeat nec ne reuelationem Patris: Ecclesia autem ipsa est, de qua dubitare non licet, Ec.* Porro Ecclesia non aliter loquitur, quam per os pastorum ac doctorum, ac præcipue in generali Concilio congregatorum.

A t, inquit, ille est certus se habere, qui petit; scriptum est enim: *Quanto magis Pater Vester dabit spiritum bonum perentibus se.* Lucæ ii. & Iacobi i. *Si quis Vestrū indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus abundantius.* RESPONDEO, in his & similibus locis Dominum loqui non de spiritu interpretationis, qui est gratia quædam gratis data, sed de spiritu Fidei, Spei, Caritatis, & Sapientiæ necessaria ad salutem. Ut enim B.AVGVS TINVS tract. 73.81. & 102. in Ioan. non impetrat oratio infallibiliter, nisi id quod est necessarium, vel vtile ad salutem ei, qui orat. Porro donum interpretandi, sicut donum linguarum & miraculorum, & alia ibidem enumerata, non semper sunt vtilia ei, qui illa habet.

*Mors rite, donum interpretandi se in fortuna et habere, et perdonare.*  
Sicut igitur spiritum loquendi linguis, vel faciendi miracula, non possumus semper impetrare, etiam si scriptum sit: *Dabit spiritum bonum perentibus se,* ita nec spiritu interpretationis. Nam alioqui posset fieri, ut totum corpus Ecclesiæ esset unum membrum, id est, omnes essent oculi, omnes manus, &c. contra Apostolum, Rom.12. & 1.Cor.12. PRAETEREA etiam si Dominus in illis locis loqueretur de dono interpretandi, adhuc non esset certus quicunque petit, se illud habere, quia non est certus, an bene petat; scriptum est enim?

Petitus,

*Petitis, & non accipitis, eò quòd male petatis.* Iacob. 4. alioq  
cùm spiritum istum petant Lutherani, petant Anabaptisti  
petant Zwingiani, vnde est, quòd diuersissimos & inter  
pugnantes spiritus accipiunt, si omnibus petentibus datum  
le vñus & verus Spiritus sanctus?

No n v m testimonium est i. Ioan. 4 *Cariſimi, nolite omniſiſſimis credere, sed probate ſpiritus, si ex Deo ſunt. Multi enim pſeudopropheta exierunt in mundum.* Spiritus homini priuatorum probandus est, an ex Deo ſit; multi enim iactant Spiritum sanctum, qui agitantur ſpiritu vertiginis & mentis, vt dicitur 3. Reg. vlt. 2. Paral. 18. Ifai. 19. & 29. Igitur non potest priuatus ſpiritus eſſe iudex. Quomodo enim erit iudicium cùm de ipſo adhuc iudicandum ſit?

Quare ſi quis illud: *Hoc eſt corpus meum,* exponet per hoc significat corpus meum, quia ſic ei ſpiritus reuelat, adhuc eſt quæſtio definita. Nam Ioannes monet, vt illum ſpiritus probemus, an ſit ex Deo, ne potius fortè ſit ſpiritus vertiginis. Non autem potest probari ex Scriptura, vt ipſi voluntate de Scripturę ipſius ſententia hoc loco dubitamus, ergo de probari ex conformitate ad ſpiritum eorum, quos conſtarunt ſpiritum habere: tales autem ſunt Prælati in Concilio generali congregati. Legimus enim Act. 15. Concilium dicitur *Visum eſt ſpirituſi ſancto & nobis.* talix etiam Pontifex ex thedra docens, quem oſtendimus ſemper à Spiritu sancto regi, vt errare non poſſit: tales etiam fuerunt Apostoli & quod fideles, quos certum eſt ſpiritum sanctum habuisse.

Neque id CALVINVS negare potest, quippe qui in modum ratiocinatur in Instit. lib. 1. cap. 9. §. 1. contra Swenfeldium, qui ſolum ſpiritum volebat iudicem, repudiat Scripturis. Si ſpiritus iſte eſſet bonus, idem eſſet cum ſpiritu Apostolorum, & primorum fideliū: at ſpiritus illorum non volebat eſſe iudex, Scripturis contemptis. Sed ita etiam contra Caluinum & alios hæreticos argumentamur, ſpiritus ipſorum eſſet bonus, eſſet idem cum ſpiritu Apostolorum & primorum fideliū, sed ſpiritus illorum non volebat eſſe iudex, sed recurrebat ad Petrum, & ad Concilium, & concientiæ acquiescebat, vt ſuprā oſtendimus ex Acto 15. q[uod] ſpiritus iſtorum, qui ſe iudicem coſtituit, non eſt ſpiritus bonus.

CAPV